

www.e-rara.ch

Chanoci Uranii Pomerani, De verbo Dei scripto, libri quatuor. Qui legitimam vendicationem praecipue continent disputationis theologica et scholastica, D. Antonii Sadeelis, De verbo Dei scripto ...

**Uranus, Chanocus [Himmel, Enoch]
Chandieu, Antoine de
Lensaeus, Joannes**

Genève, 1594

Bibliothèque de Genève

Shelf Mark: Bc 192

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-6760>

Caput XIII

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

Lenſeus, hanc ceremoniam videlicet olim ita ignotam fuiſſe, vt ignoratum fuerit vnde ea manauerit, ac proinde eam non eodem modo in Oriente & Occidente fuiſſe ſeruata, neque eſſe mirandum ſi poſterioribus multo ſeculis ſeruari deſierit. Hoc enim pacto, eodẽ iure ſtatuerẽ cogeretur Lenſeus ex controuerſia Orientalium & Occidentalium de die Paſchatis colligi obſeruationem illius diei ex ignoto manafſe principio, quòd ea non eodem modo in Oriente & Occidente fuerit ſeruata, neque eſſe mirandum ſi hodie vel poſt noſtra tempora prorsus deſineret. Quoniam verò hoc ſtatuerẽ propterea non vult, quòd vtraque pars ſuum illud inſtitutum ad Apoſtolos autores retulerit, neque nunc quidem in hoc inductionis exemplo propter eandem cauſam id illi concedi poteſt. Atque ita hoc quoque exemplo D. Sa-deelis inductio triumphat. Nunc ad ſequens exemplum veniendum erit.

CAPVT XIV.

1. *Tertullianũ docere oblationem pro natalitiis ex Apoſtolica fluxiſſe traditione, & Nicanã Synodiũ illum morem repudiaſſe. 2. De Clemente & libris illius diſceptatio: nec tamen eum, vt nec Auguſtinũ, nec Epiphaniũ iſtis contraria docere.*

1. **P**ercurrã etiam vt res ipſa poſtulat, breuiter ea quę Lenſeus protulit ad ſextũ inductionis noſtrę exẽplũ, quod tale à D. Sa-deele propoſitũ eſt: *Tertullianus cõmemorat oblationẽ pro natalitiis inter eos ritus, quos ait ab Apoſtolis fluxiſſe. Cõtrã poſt Nicanã Synodiũ Eccleſia morem illum repudiauit, quòd Paganifmum redoleret. Contra quę ita infert aduerſarius, Reſpondeo*

neque hoc Tertullianum dicere quòd ille mos fluxerit ab Apostolis, tametsi eum ab illis fluxisse non negem. Ego verò vicissim respondeo idem peccatum cum priore in hac tua inesse responsione, impudentiam puta. Omnino enim Tertullianus id dicit, quando quidem affirmet Ecclesiam pro defunctis & pro natalitiis annua die oblationes facere solius illius traditionis titulo, de qua in precedenti capite satis retuli, ostendique ex tua quoque concessione, quòd ille eandem Apostolicam esse censeat. res aperta est. Pergamus igitur videre an cum veritate sit consentaneum Ecclesiam eum morem repudiasse, cum illud falsum esse Lenseus affirmauerit. Sanè siue apud Tertullianum per oblationes pro natalitiis cum B. Rhenano epulas illas significatas intellexerimus, quæ in martyrum natalitiis diebus ex concessione Ecclesiæ haberi consueuerunt: siue sacrificia ipsa quæ tum non tantum fiebant in honorem martyrum, sed etiam annua die, vt loquitur Tertullianus: equidem Nicænum cõcilium, & aliquot sequentia apertè morem vtrumque damnauit, sicut Conciliorum canones ostendunt: vnde etiam factum est, vt hodie nec epulæ illæ, nec illa sacrificia annuatim in Romana Ecclesia obseruentur, sicuti olim obseruari consueuere. Quapropter etiã hîc nihil contra nos obtinere potest Lenseus: nec aliter locus Tertulliani, vt nec Cypriani contra nos quicquam facit, quû non quærat an Cyprianus lector Tertulliani diligētissimus, illas oblationes expressè sacrificia nominauerit, sed potiùs an ea sacrificia Ecclesiæ vsus etiamnum retineat, an verò
post

post concilium Nicænum illa prorsus sint abolita: quorum hoc affirmamus, illud verò pernegamus.

2. Ad Clementem Romanum quod attinet, illum meritò non magnificimus, nihil quicquã curantes illas Pontificiorum laudes, quibus prohibitu immeritum illum Clementem onerant, quandoquidem ipse Epiphanius, quem tu quoque citas hæresi 30. testetur, hæreticos olim multa ex Clemētinis libris apposita hæresibus sumpsisse, præsertim ex libro canonum Apostolorū. Libros verò octo illius de Constitutionibus Apostolorum scimus in sexto vniuersali Concilio, Constantinopolitano puta, canone secūdo, damnatos fuisse, vt non magni momenti apud vos etiam esse possit, non tantum caput quod tu citasti, sed & ipsum totum opus: quod tamen, more tuo, autoritate non parua, quam frustra ex Epiphanio petis, donare in animum induxisti tuum. Sed relictis librorum Clementis erroribus, de quibus alij commodiore occasione dixerunt, hæc tantum ad obiectum respondebo, ita obiicit Lenseus: *Ibi legitur expressis verbis: etiam tibi offerimus pro omnibus qui à seculo tibi placuerunt sanctis.* quem verò ista feriunt? *testantur,* inquis, *olim sacrificia oblata fuisse pro mortuis.* quemnam refellunt hæc que que? *Sadeelem, qui id negat.* vbinam verò is Sadeel est? sanè huiusmodi argumentis, quæ crebrò apud Lenseum reperiuntur, nobis nemo obesse poterit, ipse verò istis sibi laborem creare potest: quippe quum non negemus sacrificia gratitudinis, orationū, & gratiarū actionis olim fuisse oblata pro san-

ctis:

346 DE VERBO DEI SCRIPTO
ctis : sed simul addimus, ea post Nicænum con-
cilium ita abolita esse, vt non ampliùs sint in cõ-
sueto vsu, licet etiamnum aliqua orationum &
gratiarum actionis vmbra in Romana forsan
ostendi posset Ecclesia. Si enim mos ille postea
ab Ecclesia non esset sublatus, sed vsque ad hæc
tempora sedulò conseruatus, videremus vtique
hodie talia gratitudinis sacrificia extra abomi-
nandam Missæ oblationem, quæ, tantum abest
vt Pontificij offerant pro athleticis illis magnis,
vt potiùs accipiant magnam pecuniæ vim à mi-
fella & seducta turba, quasi sibi oblationes ali-
quæ deberentur, quas etiam ita defendunt, vt
eas semper in posterum conseruandas percu-
pian. Nec quicquam huc facit Augustini locus
ex tractatu 84. in Ioannem de commemoratio-
ne beatorum martyrum ad mensam Domini, vt
nec Epiphaniij, in quo asserit paternæ traditio-
nis esse, quòd pro patribus, & Prophetis, & A-
postolis memoriam faciamus. Vterque enim so-
lummodò loquitur de precibus, non verò de
gratitudinis sacrificio, quod per Nicænum con-
cilium abolitum dicimus. Ex quibus nunc intel-
ligitur quàm vera sint quæ hîc à Sadeele allata
fuère: quàmque plena mendaciis & inscitia ista,
quæ ab aduersario adinfringendum sextum in hoc
inductionis nostræ exemplum cumulabantur.
Nunc ad septimum propero.

C A P V T X V.

*i. Tertullianum, Hieronymum, & Augustinum
ex Apostolica traditione docere, nefas esse die Do-
minico*